



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

IV. De arcenda auaritia sacerdotum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

IMPERIUM
GREGORIVS LONDONIENSE. FRIDERICOVS II. IMP.
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIAE. 347

ANNO CHRISTI 1137. personaliter illud mysterium solennizet , & diebus baptizet solenniter memoratis , & in aliis mundi partibus seruet ecclesia illud idem. Quare statuimus , vt a tanto errore prædicatione frequenti populus auertatur , & ad solennizandum præfatis diebus baptismum , & baptizandum pueros suos studiosius meditentur. Statuimus insuper vt parochiales presbyteri formam baptismi firmiter addiscentes , eam parochianis suis frequenter exponant diebus dominicis in vulgari , vt si articulus necessitatis emergat , quo ipsos aliquem oporteat baptizare , eam sciant & valeant obseruare ; quæ , vtrum seruata fuerint , inquirant postmodum diligenter.

I V.

Auditu horribili audiuiimus & relatu , quod quidam , scilicet miseri sacerdotes , dum forsan in beneficium vicariæ , vel ad firmam , seu quacumque alia quæstus causa , prouentus ex altari aut ex pœnitentia venientes recipiunt , non aliter admittunt ad pœnitentiam confitentes , nisi prius ab ipsis in sinu auaritiæ suæ quidpiam reponatur : sicque faciunt de aliis sacramentis. Quoniam igitur qui talia agunt regno Dei & beneficio ecclesiastico sunt indigni , statuendo districte præcipimus , vt inquisitione arctissima per episcopos de his facta , qui tale aliquid commisisse repertus fuerit , & a beneficio , quod obtinet , remoueatur omnino , & ab officio , quod perperam gessit , perpetuo suspendatur.

V.

Quod in quodam Concilio statutum inuenimus approbantes , statuimus , vt per quoslibet de-

Concil. Tom. 28.

Xx ij